beat poteſtatē. ext̄r de heret. excoi
camus. §. quia vero. Et ſi p̄dicat in
mortali pctō: mortaliter peccat vt
ponit Tho. in. iiij. di. xix. Sed an te
neatur eſſe co̅feſſus. vide ſup̄. con
feſſio. §. v. A. Et ibi latiꝰ in additi
one. Et idem qđ in hoc principio
notať in ſum. lib. a. ti. v. q. xix. ſm
hoſti. B.

Officiu̅ p̄dicatoꝝ eſt p̄ci
puu̅ in eccl̄a dei. ex
tra de heret. cu; ex iniu̅cto. Et mul
tis p̄uilegijs dotatur. extra de ſta
tu regu. q̧ dei timore̅. ext. de exceſ.
p̄la. nimis. a. q. ij. A. In hijs. ca. di
ciť ſp̄aliter ꝺ priuilegijs p̄dicato
ru; a minoꝝ: q̧ p̄dicatoꝝ ordo a
fratru; minoꝝ tanq̄ fideles dipi
orthodoxe fidei ſpeciali ſūt hodie p̄
uilegio decorati ſm hoſt. a. in dcā
q. xix. B

Predicator d; habē
tria pre
cipua. Prio vt ſit interiꝰ caritate
ardēs. i. Corin. xiij. Si liguis hoim
loquar a angelor̄u̅ caritatē autē
nō habeā factꝰ ſu; velut es ſonā̄s
aut cymbalu̅ tinnie̅s. Scđo vt ſit
exteriꝰ vita lucēs Gregꝰ. in omel
de dece; virginibꝰ. Cuiꝰ vita deſpi
ciť: reſtat vt eius p̄dicatio co̅tem
nať. iij. q. vij. §. porro. Nam qui be
ne p̄dicat a male viuit: deu̅ inſtru
it quo mō eum co̅demnare debeat
xl. diſt. multi. xi. q. iij: p̄cipue. Ter
cio vt ſit ad actum p̄dicandi ↄpe
tens. In quo q̄tuor ſunt ei attēden
da. Primu̅ eſt tempꝰ. ſ. aptu̅. Vn̄
ſup illud. ij. Thimoth. iiij. p̄dica
verbu̅ inſta optune iportune. ait
gregꝰ dicturꝰ iportune p̄miſit op
tune q̧ apđ auditoꝝ me̅tes ipſa

ſua vilitate ſe deſtruit ſi hēre oportunitatē importunitas ne ſcit. xliiij diſt. ſit rector. in fi. Secūduȝ eſt locus: qȝ fieri debet p̄dicatio vel i eccleſia: vel in alio publico ⁊ honeſto loco. nō autē in priuatis locis vel domib⁹ ⁊ p occulta ꝯuēticula laycoꝝ. ne forte oriat̄ ſuſpicio hereſis xxx. di. ſi qs extra Mat. x. Qđ in aure audiſtis: p̄dicate ſup tecta. extra de heret. cum ex iniūcto. circa pn̄cipiū Terciū eſt qualitas audientium. Nam ſapiētib⁹ ⁊ doct. alta ⁊ ꝓfunda predicare p̄t: ſimplicib⁹ vero paucā ⁊ plana .i. corin. ij. Sapiētiam loq̄mur inter pfectos. Et .i. corin. iij. Lac vobis potū dedi nō eſcam. Non enī poteratis ⁊c̄. Item infidelib⁹ ſecreta fidei nō ſunt p̄dicanda niſi forte ſigna apparerent ꝙ vellent ꝯuertiā tūc cuȝ cautela xliij. di. in mādatis. Quartū eſt q̄litas dicendoꝝ. ſ. vt vtilia doceat. Iſa. xlviij. Ego dn̄s docēs te vtilia Nō itaqȝ fabulas aut grāmaticalia: ⁊ hmōi. lxxxvi. diſt. cū multa A. Hec vident̄ fuiſſe dicta rap. vt in ſū. ti. iij. ti. ix. q. v. B. De queſtuarijs p̄dicantib⁹ vide ī. queſtuarij Q̄uo p̄dicatorēs poſſint cum excōmunicatis pticipare ⁊ ab eis recipe. vide ſup excōicatio. vi. ℣. iij. et cuȝ raptorib⁹. infra. reſtitutio. v. ℣. ii.

## PRedo dicitur

quicūqȝ alios p̄dat̄ur iniuſte. Et poſſum⁹ q̄ntum ad p̄ſens q̄tuor modos ponere. In primis quidem dicitur p̄dones qui viatores expoliāt reb⁹ ſuis vt dicit̄ ſup̄ latro. Secō dicitur p̄do miles qui accipit ⁊ tollit a pſonis vltra ſtipendia ſibi cōſtituta. xviij. q. v. militare Tercio ſunt p̄dones p̄lati q̄ vt p̄curacōem impendāt legato: vel ſimiles expenſas faciāt. plus extorquēt a ſubditis q̄ ſoluāt. extra de immu. ec. qȝ plerīqȝ. Quarto dicitur predo iudex ſiue officialis pecunias indebite accipiēs. C. ad. l. iul. repetundarū. omis. Hec hoſti.

## ¶ Que

pena p̄donis. ℞ ſcđm ray. Eadē pena eſt p̄donis q̄ ⁊ raptoris. cū vterqȝ raptor ſit. Et ideo q̄s par facin⁹ coīq̄nat pena dȝ ſimilis comitari. xv. q. iij. ſane. vide ī. raptor. i. ℣. i.

## PRelat⁹ qualis

eſſe debeat: colligē ex r̄gula ap̄lica quaȝ habes ſupra. ordinādus. ℣. i. Iteȝ plura ptinētia ad p̄latos ſup. eps. ⁊ ſup. correctione ⁊ ſup. obediētia p totū.

## PResbiter Que

re ī. ſacerdos Itē ſupra. cōfeſſor. ⁊ confeſſio. p totum. Item etiam ſup. eucariſtia. iij. Itē etiā ī miſſa.

## PReſcriptio q̄d

ſit. ℞. Preſcripcō vel vſucapio eſt acq̄ſitio dominij p cōtinuacōeȝ poſſeſſionis tempis a lege diffiniti. ff. de vſucap. l. iij. Et ꝓprie q̄deȝ p̄ſcriptio ē in imobilib⁹ vt in domo ⁊ in agro. Hȝ etiā loci

in rebꝰ incoꝛpalibꝰ vt in ſeruituti
bus·actõibꝰ ⁊ hmõi·extˢ·de cã
poſ·⁊ ꝓprie·cuꝫ eccã·xvi·q·iij·q̃s
actões Vſucapio vero eſt ꝺ mobi
libꝰ ⁊ ↄpletur triẽnio:ſꝫ ꝑſcripcõ
req̃rit maiꝰ tempꝰ vt iaꝫ dicet·A
Ad p̃dicta facit i Inſti·de vſucap·
in pñcipio·B·Alˢ vero q̃cquid de
ꝑſcripcõe dicit:⁊ de vſucapione i
telligi dꝫ·

CQue res ꝑſcribi pñt vel que
non pñt·q̃·Generali
ter om̃s res ⁊ om̃e ius ꝑſcribi pt
extra eo·ad aures·C·de ꝑſcrip·xxx
vel·xl·ãnoꝝ·ſicut in rem·Excipiũ
tur q̃dam In pˢmis q̃dem in crimi
bus nullo tp̃e ꝑſcribũtur:ſꝫ poti
us ex diuturnitate tp̃is augẽtur·
extra de ſymo·cũ in eccĩe·xxxiiij·
q·v·q̃d deo Itẽ non ꝑſcribit ↄtra
obedientiã·viſitacõem·⁊ cõtra ꝓ
curatiões que rõne viſitacõis de
bẽtur extra eo·cũ non liceat·⁊·c·
cũ ex officij·extra de cenſi·cũ inſtã
tia·Et talia quidẽ non ꝑſcribit ſb̃
ditus:qꝛ ea debet p̃lato·Aliꝰ tam̃
poteſt talia ꝑſcribere·vtputa ab
bas vel alius p̃latus ꝑſcribit cõ
tra ep̃m circa ſubditos eius·Et ſi
cut dicit Inno·in hoc caſu licꝫ ſub
ditus aliqualiter ꝑſcribat:nõ pre
ſcribit noĩe ſuo:ſꝫ potiꝰ noĩe alte
rius cui de ſubiectõne reſpõdet·vt
in dicto·c·cũ ex officij·Itẽ eccleſie
⁊ cetera ſacra vel religioſa loca·de
cime·p̃micie ⁊ oblacões nullo iu
re pñt a laycis ꝑſcribi vel poſſide
ri·xvi·q·iij·§·p̃t·extra de ꝑſcrip·
cauſam que·⁊ ca·ſi diligẽti·Et de
hoc ſup·decime·iij·§·xi·qui incipit
vtrũ decime ꝑſcribi·Itꝫ non p̃t
ꝑſcribi limes vel q̃d adheret limi
ti ep̃atuum vel ꝓchiarũ·xvi·q·
iij·licet·⁊·c·inter·extra de ꝓceb·
ſup eo·Racio eſt ne termini ep̃a
tuũ vel ꝓchiarũ cõfundantur·
A·Q̃d bene colligitur ex iuribꝰ al
legatis·B·Limes tamẽ p̃dioꝛum
poteſt ꝑſcribi·xvi·q·iiij·volumꝰ·
extra eo·quia·Itẽ nec liber homo
p̃t preſcribi·xvi·q·iij·§·p̃t·Item
res publice q̃ ſũt in vſu populi ro
mani vel aliarũ ciuitatum·vt vie·
platee·p̃otes·aqueductꝰ ⁊ hmõi:
non ꝑſcribũtur Intellige nec i to
to nec in pte·ff·ꝺ vſucap·vſucapi
onẽ·C·de opi·publi·l·preſcriptio
A·In dicta·l·vſucapionẽ:dicitur
Vſucapionem recipiũt maxime
res coꝛpales·exceptis rebꝰ ſacris
ſanctis publicis populi Romani
⁊ ciuitatũ·Item liberis hoĩbus·B
Itẽ publice functões ſiue ciuilis
canon·qui·ſ·ſolui debet reipubli
ce pro agris nõ preſcribũtur a co
lonis·vt in dicto·§·p̃t·Itꝫ poſſeſ
ſiones agroꝝ non ꝑſcribuntur a
colonis·C·de ꝑſcrip·xxx·vel·xl·an·
male agitur·Itẽ res furtiue vel vi
poſſeſſe ſeu etiam que naſcuntur
ex eis nõ preſcribũtur aut vſuca
piũtur·vt Inſti·de vſuca·§·furtiue
A·Itꝫ q̃d in hoc·§·notatur in ſũ·
lib·ij·ti·v·q·cxxiiij·ſm ray·⁊ Ho
ſti·B·

CQue ſunt ſpẽs ꝑſcripcõis·q̃·
ſm ray·Omiſſis ml
tis alijs:due ſũt·Vna eſt ei longi
tp̃is·vt·x·ãnoꝝ int̃ p̃ñtes vel·xx·
inter abſentes ⁊ intelligũt p̃ñtes·

q̄ ſūt in eadē ꝓuincia: ſ; hodie dn̄t
intelligi in ciuitate ſm Ac. vt nōt
. C. de pſcrip. lon. tēp. cū; in longi.
A. In glo. q̄ etiā aſſignat rōe;: qꝛ
hodie ſingule ciuitates hn̄t ſua regi
mina ſicut olim ſingule ꝓuincie.
B. De iure vero nō differt vbicūqꝫ ſit
vt in eadē. l. Alia pſcripcō eſt lon
giſſimi tpis. vt. xxx. vel. xl. ānoꝝ:
a hec locū h; int laycos vel pua
tas pſonas. xvi. q. iij. ꝑ tōt. Cōtra
eccās vero quaſcunqꝫ neāria eſt p̄
ſcripcō. xl. ānoꝝ ſiue priuata pſo
na ſiue eccā ↄtra eccām p̄ſcribat
xvi. q. iij. q̄s actiōes. A. Et ibi ſub
ditur Vſucapione triēnij pſcripti
one ſuū locū hn̄tibus. B. Et. q. iiij
nec decēnij. Excipit Rōna eccleſia
ↄtra quā non p̄ſcribit̄ niſi ſpacō
centū annoꝝ. xvi. q. iij. nemo. ext.
eo. cū nobis. A. Idē in ſū. eo. ti. q.
xxxv. niſi qꝛ ibi notat̄ ſm Hoſtiē.
glo. ray. a VI. qꝛ pn̄tes intelligūt̄
q̄ ſunt in eadē ꝓuincia. B

Quid ſi poſſedi rem tuā te pn̄te p. v. ānos a de
mū te abſente p alios. v. c R. Nō
eſt ↄpleta p̄ſcriptio: ſ; ſicut dupli
catur decēniū vbi nullo tpe fuiſti
pn̄s. ſic te abſente d; duplicari q̄c
q̄d de decēnio reſtabat. vt. C. de p̄
ſcrip. lon. tēp. Autēn. qꝛ ſi in q̄buſ
dā. A. Idē; in dicta. q. xxxv. ſm eū
dem Hoſt. B

Vtrū in p̄ſcripcōe requirat̄ bona fides. c R. Dic ſm
canones. ſm autē; leges req̄ritur
bona fides in p̄ſcripcōe. x. vel. xx.
ānoꝝ. C. de p̄ſcrip. lon. tem. in Au
ten. male fidei. A. Ibi dicit̄. Male

fidei poſſeſſore alienāte ceſſat vſu
capio a longi temporis p̄ſcriptio ſi
verus dominꝰ ignorat ius ſuum et
alienacōem factā. Spectat̄ ergo. x
xx. annoꝝ defenſio. B. Sed in pre
ſcripcōe. xxx. vel. xl. annoꝝ. non
requiritur. xvi. q. iij. ꝑ tōt. a extra
eo. vigilanti. C. de p̄ſcrip. xxx. vel.
xl. ānoꝝ. cū notiſſimi. a. l. ſi quis
empcōis: niſi velis dicere leges ip
ſas eſſe correctas. extra eo. c. vlt.
qꝺ poteſt papa facere ꝓpter piculū
lū aīe. vt ſup̄. papa. ꝑ tōt. A. Po
tius videt̄ ante tōt. Et hec eſt veritas
qꝛ dicte leges ſunt correcte ſm ra
y. a Hoſt. a Inno. a Ber. vt notat̄
i ſum. eo. ti. q. xxx. B. Et req̄ritur
bona fides nō ſolū ab inicio: ſ; eti
am in q̄libet pte p̄ſcripcōnis vt in
dicto. c. vlt. a. c. vigilanti extra de
re. iur̄. poſſeſſor. li. vi. S; ſm leges
vbi requirebat̄ bona fides ſuffici
ebat tm̄ eam ab inicio habuiſſe
vt in dicto ꝑ tōt. a in dicta. l. cum
notiſſimi. que vt dixi ꝓpter piculū
animaꝝ non hn̄t locū. Hec notat
Io. an. ſup dicta regula. A. Et hoc
ſatis exp̄ſſe colligit̄ in dicto. c. fi.
vbi dicit̄. Diffinimꝰ vt nulla vale
at abſqꝫ bō fide p̄ſcripcō ta; cano
nica q̄ȝ ciuilis. cū; generaliter ſit
omni cōſtitutioni atqꝫ cōſuetudi
ni derogādum que abſqꝫ mortali
pctō non pōt obſeruari. Vn̄ opor
tet vt qui p̄ſcribit in nulla pte tē
pis rei habeat ↄſcientiā leſā alie
ne. Etſi aliqui doctores videant̄ di
cere qꝛ p̄ſcribat̄ debitū ſpacio. xl.
ānoꝝ etiā ab eo q̄ ſciebat ſe debi
torem: pt intelligi veꝝ qn̄ ex hac

ſciētia non cōſtituit̄ male fidei. pu
ta qꝛ ex rōnabili cā cogitabat cre
ditorē ſibi remiſiſſe non petēdo p
tam longū temp9 cū potuiſſet pe
tere ſi voluiſſet. Sꝫ in dubio remit
tere nō pſumitur niſi ex amicicia.
vel pntela vel alia cōiectura aliud
oñdatur. cū nemo eſtimet̄ rē ſu
am iactare. ff. de pba. cū de indebi
to. Itē iuris ignorātia nō facit ali
quē bone fidei poſſeſſorē vt ſi quis
credat pupillū vel illū qui curato
rem habet poſſe rem ſuā alienare
ſine autoritate tutoris aut curato
ris. ff. de vſucap. nunq̄ ſcḋm rap.
glo. eius. a. Vl. ꝛ in ſū. eo. ti. q. xx
vi. Itē mala fides venditoris ſeu
pncipalis autoris nocet quo ad
pſcripcōem. x. vel. xx. annoꝝ. vt
in Auten. male fidei. C. de preſcrip.
lon. temp. Idem qn̄do res fuit fur
to ſeu vi poſſeſſa niſi poſtea redie
rit in liberā poteſtatē domini. Al's
autē mala fides autoris nō nocet
pſcribenti. in Inſti. de vſucap. ℣. fur
tiue cum ſequētibus. Et notat̄ in
dicta. q. xxvi. Itē ſi quis habeat
cōſcientiam dubiam: nō videtur
bone fidei: qꝛ hec eſt bona fides: vt
recipiēs credat tradentem eſſe do
minū: vel habere pbabiliter ius
alienādi. ſ. qꝛ ſit pcurator vel tutor
ff. de verbo. ſig. l. bone fidei. ꝛ notat̄
in dicta. q. xxvi. ꝛ glo. in. c. ſi dili
genti. ex̄ eo. niſi fuiſſet dubiū ſcru
puloſū ꝛ non rōnabile: qꝛ ſi ei nō
cōſentiat: nō obſiſtit bone fidei. ex̄
de ſen. exc. inq̄ſitioni. B

Utrū ille qui cōpleta pre
ſcriptiōe incipit ha
bere malam fidē teneatur reſtitue
re. ſ. ℞ ſm hoſti. Si ex omni pte p
ſcripcōis habuit bonā fidem: iā
res illa facta eſt ſua de bñficio iu
ris. Unde tunc non eſt dicendū qꝛ
habeat cōſcientiā rei aliene: ſꝫ tm̄
rei que fuit aliena. Idē ter. io. an.
ꝛ quaſi omēs. A. vt pꝫ in ſū. eo. ti.
q. xxxi. B. Si tn̄ quis haberet cō
ſcientiā in cōtrariū ꝛ non poſſet eā
deponere: teneret̄ ad reſtitucōem
A. Hoc fuit dictū rap. vt pꝫ ibidē
q. xxxi. B

Sed quis dicitur poſſeſſor
bone fidei. ſ. ℞. Bona fi
des intelligit̄ cum aliquis credit
tradentē eſſe dñm vel habere ius
diſtrahēdi licet erret in facto. ff. de
verbo. ſig. l. bone fidei. Et hec bona
fides pſumit̄ niſi pbetur cōtrariū.
ar. ff. de pba. veri9. Nūqꝫ tn̄ pſumi
tur cōtrariū ꝓpter denūciacōem. C.
de rei. ven. ſi fundū: vel qꝛ mercat̄
cōī leges. C. de agri. ꝛ cenſi. l. quē
admodū. li. xi. vel ſi emit a pcura
tore meo p colluſionē vel qꝛ emit
a pdigo vel luxurioſo cui bonis in
terdictū eſt. ff. p emptore. q̄ fun
dū. ℣. q̄ ſciēs. ꝛ. l. ſi q̄s. A. Et ibi dr̄
qꝛ emēs ab eo q̄ ſtatim in malos
vſus cōſūptur9 eſt: pſumit̄ male fi
dei. Nec ibi diſtiguit̄ vtꝝ ſit ei int̄
dicta admiſtratio bonoꝝ vel nō. B
Nōnt̄ hec ex̄ eo. ſi diligēti Idē Io.
an. A. Hec itelligēda ſunt ſm ea q̄
añ primū. ℣. poſita ſūt i addicōe. B

Utrū in pſcripcōe req̄ratur
iuſt9 titul9. ſ. ℞. Si ius
tōe vel pſūptio ſi ē cōī poſſeſſorē
ſufficit bō fides. al's necē ē allegare

titulū ꝛ probatū. niſi allegetur p̄
ſcriptio tanti tp̄is cuius cōtra
riȷ̄ nō ſit memoria extra eo. c. p̄m.
li. vi.

Utrū in p̄ſcriptōe requirat̄ poſſeſſio ꝯtinua. ꝶ. Sic: ꝛ de
bet eſſe ꝯtinua: qꝛ ſi interrūpatur
poſſeſſio: interrupta eſt p̄ſcriptio
xvi. q. iiȷ̄. ¶ p̄t. extra eo. illud. Sꝫ ſi
fiat interruptio ciuilis. ſ. p litis ꝯte
ſtatiōem nō currit amodo p̄ſcrip
tio: qꝛ p̄ſumit̄ titubare ꝛ malam
fidē habere. Hec Jo. an. extra de re
iur̄. ſine poſſeſſione li. vi. A. hoc p
bat̄ in dicto ¶ p̄t. xvi. q. iiȷ̄. B

Qualiter interrūpat̄ poſſeſſio naturalit̄. ꝶ.
ſm ray. Per occupacōꝫ aque ſiue
flumis occupātis fundū. Item p
violentā deiectōēꝫ vel etiāſi res ſit
a poſſeſſore furto ſblata. ff. de vſu
cap. naturalit̄. Itē ꝫ ſi quocūqꝫ mo
do amiſit poſſeſſiōēꝫ. ſeu aīm deſe
rendi habuit. ff. de ſerui. vrba. p̄
di. ſi edes. ¶ i. Cō. īmo. A. Cō. etiā
Vl. vt in ſū. eo. ti. q. xxxvij. ad fi.
vbi etiā dicit̄ ſm glo. ray. qꝛ ſolo
aīo p̄t quis deſinere poſſidere. licꝫ
nō poſſit ſolo aīo acq̄rere poſſeſſi
onē. B

Quō p̄ſcriptio interrūpat̄ ciuiliter. ꝶ. ſm ray.
In iudicio trib⁹ modis. Primo mō
p libellū principi oblatū. Et hoc
valet tm̄ in quibuſdā actōib⁹ q̄
annales vocātur: quia poſt ānuꝫ
nō poſſunt moueri. ſicut eſt actō
iniuriarū ꝛ quedam alie. in Inſti.
de ppe. ꝛ tempo. act. circa pncipi
um. Per talem g̊ oblacōem libel
li ppetuātur. Scdo p querelam iu
dici factā: ꝛ ꝯuencōem rei. Et hoc
valet in ōib⁹ actiōib⁹. C. d ſcp.
xxx. vel. xl. annoꝝ. Sicut in reꝫ. Itē
in ōib⁹ actiōib⁹ interrūpitur p̄
ſcriptio p litis ꝯteſ. C. de p̄ſcrip. x
xx. vel. xl. annoꝝ. l. ſi. A. Itē tercio
p litis cōteſ. ꝛ hec in ōib⁹ actiōi
bus valet. vt dicta. l. ſi. q per ray.
ad hoc allegat̄. Et ad ſecūdū alle
gat̄. l. ſicut in rem. C. de p̄ſcrip. xxx
vel. xl. annoꝝ. Et ad primuꝫ facit
l. iȷ̄. C. quādo libell⁹. pn̄. ob. ꝛ idem
p ōia dicit in q̄ſi litis ꝯteſtacōe
ꝛ quādo aliquis ꝯuentus in iudi
cio ſup reb⁹ immobilib⁹: q̄s poſ
ſidet noīe alieno nominat dn̄m in
iudicio ꝛ reportatis inducijs in q̄
bus denunciet dn̄o vt veniat aut
mittat. ipō quoqꝫ nihilomin⁹ dn̄o
legitimis edictis vocato a iudice
nō cōpareat idem dn̄s. tunc emin
tis eſt q̄ſi ꝯteſtata ꝯtra eū q̄ntum
ad interrupcōem p̄ſcripcōnis. ex
tra vt lite nō ꝯteſ. quoniā: ꝛ notat̄
in ſum. eo. ti. q. xxxvij. ſm Ray. et
glo. eius. B. Extra iudiciū vero in
terrūpitur q̄tuor modis. Primo mō
per vſuraꝝ ſolucōem p quā inter
rūpitur p̄ſcriptio que currere vi
debatur ꝯtra creditorē non peten
tē debitū. C. de p̄ſcrip. xxx. vel. āno
rū. cum notiſſimi. Secūdo modo in
terrūpitur p ſecūdam caucōnem.
quādo debitor facit nouā caucōeꝫ
vt in dicta. l. cū notiſſimi. Tercio
p ꝓteſtacōꝫ. vt quādo quis iuſto
metu vel alia cā impedit⁹ non p̄t
rē ſuā petere ꝛ ꝓteſtat̄ corā iudice
ordiario vel corā pblicis pſonis.

extra de offi·or·paſtoral·extra d
app·ſi iuſt⁹·xvi·q·iij·§·ſi pt·A·i di
cto·c·ſi iuſt⁹ dicit̄ q̄ p̄ſata pſta
tio q̄n non p̄t deri iudex: p̄t fieri co
ra bonis viris·nec diſtinguit̄ vtr̄
ſint pſone publice vel nō·B·Q̄rto
p denūciacō factā colono·ext·vt
lite nō ↄteſ·c·q̄m·C·vbi in re actō
expe·p̄t·l·ij·A·Jſta denūciatio fit
p citacō factā de parēdo iuri corā
iudice ſup re quā poſſidet noīe ali
eno·ſm glo·ray·vt in dcā·q·xxv
ij·vbi ad oīa que in iſto·§·habētur
notant̄ ſm ray·vl·a·Jnno·B·Qui
to p ſynodalē pclamacō in ſino
do generali vel puinciali q̄ ali⁹ ſac
dos tenet re eccē ſue·ext·eo·ſcō

C·Jn quib⁹ caſib⁹ nō currit pre
ſcriptio lʒ non interrūpat̄
R·ſm ray·Jn ſeptē·Primo eſt tē
pe p̄lati·qui male alienauit rem
eccīe·Naʒ q̄diu ipſe viuit·A·q̄ te
net eccām ſm eun·ray·vt in ſum·
eo·ti·q·xxviij·B·n̄ currit p̄ſcrip
tio ↄtra eccām·vt notat̄·xvi·q·iij
ſi ſacerdotes·Secūdo toto tempē
vacacōis eccleſie q̄ rectore habet
Tercio ſi p̄latus eiꝰ hereticꝰ fue
rit·De hijs duob⁹·extra eo·c·i·a
c·auditis·Quarto tempē ſciſma
tis·extra eo·cū nobis·A·Jbi dici
tur de p̄ſcripcōe que nō currit cōn
Romanā eccām tempe ſciſmatis
B·Q̄nto tempe excoīcacōis ipſi
us p̄lati·niſi ſit negligēs in peten
do abſolucōem·extra de ↄceſ·pre
ben·qr·Sexto ↄtra eum qui eſt in
etate pupillari·C·in quib⁹ cauſis
nō eſt neceſ·l·ſi·A·Jbi generali
ter dicit̄ de oīb⁹ minorib⁹: vt cō
tra eos nō currat p̄ſcriptio niſi·x
xx·vel·xl·annoꝝ·Sed in·l·ſicut in
rem·C·de p̄ſcri·xxx·vel·xl·annorū
dr̄ q̄ cōtra pupillū nulla currit
p̄ſcptio·B·Septimo q̄n q̄s iuſ
ta cā impedit⁹ non pōt agere·extrā
d app·ex roē·ff·quib⁹ ex cau·ma·
l·q̄ quidē·a·l·non em̄·A·Jbi dici
tur·Non em̄ negligētibus ſubue
nitur: ſʒ neceſſitate rerū impeditis
B·xvi·q·iij·porro·extra de elec·ne
pro defectu·De hoc vide infra·§·pe
nult·A·Jdem in dicta queſt·xxv
iij·B

C·Vtrum currat p̄ſcriptio ↄtra
eū q̄ aliquid diu ſol
uit ſine cauſa·R·Nō currit: ſʒ po
teſt retinere qd non de iure preſti
tit etiam ſi diu illud ſoluerit·C·de
agri·a cēſi·l·litib⁹·extra de cēſi·p
uenit·xvi·q·iij·clerici·a·c·ſi eps
A·Jdē nōt glo·x·q·iij·c·qr·Notat̄
etiā in dicta·q·xxviij·ad fi·B

C·An currat p̄ſcriptio ↄtra eū
qui non p̄t agere·R·Re
gulariter nō currit·niſi poſt q̄ q̄s
agere poteſt iure n̄ impediēte·Vn
de cōtra filiūfamilias non currit
p̄ſcripcō in rebus aduēticijs·niſi
ex quo fuerit liberat⁹ a patria po
teſtate: nec muliere in dote niſi ſo
luto m̄rimonio vel viro vergēte ad
inopiam: nec creditori niſi exiſtē
te debiti petendi condicōne vel ad
ueniēte die·Probātur hec·C·d an
nali excep·l·i·a·§·ſi·a·C·de iure·do·
l·in rebus·§·oīs·a·C·de p̄ſcrip·x
xx·vel·xl·annorū·l·cum notiſſimi
§·illud autē·Ex quo nota q̄ ſi cre
didi tibi centū vſqʒ ad decē ānos

non incipit currere preſcriptio cō
tra me niſi poſt illos decē annos.
A. Hoc habetur in dcō ℣ illud. Et idē
qđ in hoc ℣ notat in ſum. eo. ti. q.
e. xix. ſm ray. B

# Preſumptō tri

plicitir dr̄. Primo modo
circa alium ſm q iuriſte cōiter ſu
munt: quā a gof. diffinit ſic. Pre
ſumptio eſt alic⁹ facti dubij quāq
plena: quāq ſemiplena ꝓbatio Et
de hac habes ſupra de ꝯicare. ℣ xviij. q̄
incipit. Vtrū corpus xp̄i debeat da
ri ſuſpectis. et ſupra clericus. iij. ℣
ſi. et ſupra matrimoniū. viij. ℣ iij.
ex. eo. ꝑ totum. A. Et quale pctm̄
poſſit circa hoc occurrere pz per ni
co. de lira ſup vij. math. vbi dicit
Sciendū q aliquis pōt preſumere
ſeu iudicare malum de proximo mł
tipliciter. Vno mō ex euidētia fa
cti: vt cū aliquis iudicat aliquem
homicidam: q vidit eum interfice
re hoiem. et hoc nullum eſt pctm̄:
Alio mō ex ſignis euidentib⁹ vt ſi
aliquis iudicat fornicatorem ali
quem. q vidit eum nudum cū nu
da. ſolū cū ſola. et hoc ſil'r nullum
eſt pctm̄. Tercio mō ex ſignis le
uibus et in hoc iudicio eſt triplex
grad⁹ Primus eſt qñ ex leuibus
ſignis aliqs incipit dubitarē de bo
nitate fratris et hoc eſt pctm̄ veni
ale. q ꝓcedit ex humana infirmi
tate. et hoc non vocat iudiciū. ſ. ꝓ
prie: ſed ſuſpicio. Scđs gradus ē
qñ ex talib⁹ ſignis firmiter tenet
in aīo q frater ſit malus. et hoc ꝓ
prie dr̄ iudiciū. q iudiciū imꝑor
tat ſn̄iam. et hoc eſt pctm̄ mortale
ſi malū qđ iudicat de fratre ex le
uib⁹ ſignis ſit de genere pcti mor
talis. Pctm̄ enim mōrle eſt qđ cō
trariat caritati. Q: aūt aliqs pre
dicto mō iudicet frēm: eſt ꝯtra ca
ritatē fraternā Tercius grad⁹ eſt
qñ ex leuib⁹ ſignis non ſolū predi
cto mō iudicat: ſed etiā ꝓcedit ad
puniciōz fratris ſic de facto Et hoc
eſt grani⁹ q non ſolū eſt cōtra ca
ritatē ſed etiā ꝯtra iuſticie equita
tem. et de talib⁹ intelligit illud ver
bum. nolite iudicare etc̄. B. Scđo
mō dr̄ preſumptio circa ſeipſū. ſ.
qñ aliquis vltra rōem de ſeipſo p̄
ſumit. De qua quidē tho. ij. ij. q. c
xx. dicit q oppoīt magnanimita
ti ſm exceſſum. et etiā pz per pħm
iiij. ethicoꝝ vbi dicit q preſūptu
oſi ꝓpter exterioīē fortunam ſiunt
deſpectores et iniuriatores alioꝝ. et
talis preſumptio vt ibi dicit tho.
ſine dubio pctm̄ eſt quaſi ꝯtra or
dinem nālem exn̄s. ſ. vt quis aſſu
mat ad agendū ea q̄ preferuntur
ſue virtuti: qđ ꝑtinet ad rōm pre
ſumptionis ſicut ipſū nomen ma
nifeſtat. Huic ꝰ preſūptioni ſm
defectū oppoīt puſillanimitas de
qua habetur ℣ puſillanimitas. Et
inter hec vitia media virtus ē ma
gnanimitas. Tercio modo dr̄ pre
ſumptio circa deū. ſ. inordinata de
deo ſpes De qua tho. ij. ij. q. xxi. di
cit ſic. Sicut falſum eſt q deus pe
nitentibus non indulgeat: vel q
peccantes ad pn̄iam non conuer
tat: ita et falſum eſt q in pctō pſe
uerantib⁹ veniā ꝯcedat: et a bono

T 4

ope ceſſantibus gloriam largiat̄
Cui extimationi cõformiter ſe ha
bet preſumpcõis motus ⁊ ideo eſt
pctm̄: minus tñ q̄ deſperatio quã
to magis ꝓpriũ eſt deo miſereri et
parce q̄ punire. ⁊ hec preſumpcõ
opponit̄ virtuti ſpei ⁊ vitio deſpa
tionis. de qua ſ̄. deſperatio

# PRimas. querere
ſupra patriarcha

# PRimicie. Pri
micia ſm Ray. eſt ꝑs fru
gum ſeu fructuũ dño offerenda A
Idem in ſum. ti. v. ti. xv. q. xlvi. B
VTrum hoies teneant̄ ad ſol
uendũ primicias. Re
ſm tho. ij. ij. q. lxxxvi. Primicie ꝑ
tinent ad ius naturale. ſ. vt homo
ex rebus ſibi datis a deo aliq̄d ex
hibeat ad eius honorē. Sed q̄ tali
bus ꝑſonis. ſ. ſacerdotib⁹ exhibe
antur: aut de primis fructib⁹ aut
in tali quantitate. A. ſ. ſm modū
in veteri teſtamento determinatū:
de quo ſequit̄. B. Hoc quidē fuit
in lege veteri iure diuino determi
natum. in noua aũt lege diffinit̄
ꝑ determinationē eccleſie ex qua
hoies obligãtur vt primicias ſol
uant ſm cõſuetudinē patrie ⁊ in
digentiã miniſtroꝝ eccleſie A. Cõ
cor. ray. vt in ſum. eo. ti. q. xlvij.
B. Per qd̄ cõcludi etiam poteſt q̄
bus dande ſint. ſ. his quib⁹ eſt cõ
ſuetum: ⁊ qui eis magis indigēt
A. in ſum. eo. ti. q. xlviij. dicitur
ſm ray. ⁊ hoſti. q̄ primicie dande
ſunt ſacerdoti ꝑochiali Sed gof.
dicit q̄ diuidende ſunt ſic decime.
vt ibi de quo ſup̄ decime. iij. Hec
pñt intelligi: niſi aliud appareat
de ꝯſuetudine: vt pretactũ eſt ſm
tho. B. Et eodem modo pꝫ quota
ꝑs ſit danda. Nam ⁊ ſm inno. ex
quo non inuenit̄ expreſſum de q̄n
titate: relinquit̄ arbitrio dantis:
niſi ꝯſuetudo aliud inducat. Vnde
⁊ addit ray. q̄ ſi eccñia eēt tenuis
nec haberet ſacerdos vnde poſſet
ſuſtentari: amplius dandũ eſſet.
A. i. conſuetudo eſſet eligenda per
quã amplius ſoluitur vel ſaltem
media qñ varie ſunt ꝯſuetudines
ſm eundem: vt in ſum. eo. ti. q. xl
ix. B. ar. x. q. iij. S. hoc ius. vbi autē
non eſt cõſuetudo q̄ primicie ſol
uantur: ⁊ eſt obtenta a tempe de
quo non eſt memoria: non ſoluē
tes ſm wil. excuſantur. A. Hoc ve
rum ſm eundē ſi hmõi ꝯſuetudo
ſit ſine ꝯtradictione obtenta vt in
dicta q. xlix. B

# PRinceps. quō
princeps ⁊ quicūq₃ dñs
ſecularis ſubſit pape habetur ſup̄
papa. S. iij. circa fin. Et de materia
principis vide ſupra dñs.

# PRiuilegiũ q̄d
ſit. Re. Priuilegiũ eſt pri
uatum ius ꝯtra ius ꝯmune indul
tum. Nam niſi aliquid indulgeret
non eſſet priuilegium ext. de ver
bo. ſignifica. abbate. extra eodē
in his. A. Idem in ſum. lib. ij. titu.
v. queſti. clix. ſcd̄m hoſtien. ⁊ gof
fri. B.

Utrum aliquid ꝓſit priuilegi um qd ↄtinet ius cōe. ℞. Tale priuilegium qnq; ↄcedit ex. de pau. q2 i cauſis ⁊ nō ē fruſtra ſed potius datur multis ex cauſis. Primo: q2 magis ſolet timeri qd ſpecialiter ꝓhibetur: ꝙ qd genera liter. xxiij. di. ꝙꝙ. A. Poſt. cuius fuerunt dcā que in hoc ʃ. hn̄tur: vt3 in ſum. eo. ti. q. lx. in hoc ſic di cit. Magis ↄſueuit timeri qd ſpeci aliter cauetur: q̄m qd gn̄aliter in dulgetur. B. Item multi qnq; ſci unt priuilegia talia: ⁊ ignorāt iu ra Item cū freqn̄ter iura male ob ſeruent̄ ipſa p priuilegia innouā tur: ex. de treu. ⁊ pace c. ij.

Quis poſſit ↄcedere priui legiū. ℞. Quicunq; p̄t legē facere ⁊ in quibus p̄t: p̄t ⁊ p̄ uilegiū indulgere: vt papa in ſpi ritualibus: ⁊ qnq; etiam in tpali bus vt in terris ſue tpalis iuriſdi ctionis: vel qn̄ iuriſdcō ad eum de uoluerent̄: vt di ſupra papa. ʃ. iiij. circa fi. Et nota hic ſm ber. q2 eccā romana ſiue papa nunꝙ ↄſueuit aliquē cōtra ſe priuilegiare. ar. C. de ſacroſan. ec. iubemus nullam ⁊ ar. ex. de preſcrip. cū ex officij. Qd eſt ↄtra eos qui dicūt vel potius fin gunt ſe hře priuilegiū; q2 poſſint iudicaē de reſcriptis pape ⁊ q2 abſ q; eorum approbatione non ſit p cedendum ſm reſcripta pape ⁊ hu iuſmodi. Item p̄ot ↄcedere priuile giū impator in tpalibus: ſed nū ꝙ in ſpiritualibus. q2 de eis nil p̄t ſtatuere. xcvi. di. bene quidē. Ite3 p̄ot ↄcedere priuilegiū eps: ex. de reli. do. ↄſtitutus: ex. de cenſi. cū ve nerabilis. xvi. q. ij. viſis: ex. eo. cū olim. ij. reſo. ⁊ dum tn̄ faciat volū tate3 ſui capituli: ex. de iurepatro na. paſtoralis. extra de exceſ. pre la. ſicut vnire. Multo fortius patri archa: ex. de cle. non reſi. cum ad hoc. A. Hoc fuit dictum hoſ. quia addidit. Et breuiter intelligi p̄ot q2 quicunq; p̄t ↄſtitutionē facere: ⁊ quatenus ⁊ in quibus p̄t ⁊ priui legiū ⁊ indulgentiam p̄t dare. Et idem qd in hoc ʃ. notat̄ in ſum. eo. ti. q. clxij. ſm eun. hoſ. ⁊ ber. ⁊ goſ. B. Quis aūt poſſit legē facere: req̄ re ſupra lex. ʃ. i. ⁊ ij.

Quis poſſit priuilegiū in terpretari. ℞. ſcdm hoſ. Si verba ſūt obſcura ſiue am bigua: tunc eius ē interpretari cu ius eſt ⁊ ↄdere: ⁊ interim negociū ſuſpendet̄: ex. de ſen. exco. inter ali a. extra de iudi. cū venisſent. Si ve ro non ſint verba obſcura vel am bigua: tunc debet diligēter tenor ↄſiderari: ex. eo. porro: ⁊ c. recepi9. Et potius inſiſtendū eſt intentioni priuilegij ꝙ vbis ⁊ q. v. marchio. xxxviij. di. ſedulo: extra de verbo. ſig. intelligentia. ⁊ c. in his. Et qn tum fieri p̄ot latiſſime eſt interp tandū: ex. de dona. cū dilectus. ff. de ↄſti. princi. beneficia niſi preiu dicet iuri alieno. quia tunc reduci tur ad ius cōe ex. de ↄſue. cum dile ctus. ʃ. penul. ⁊ fi. dum tn̄ aliquid operetur: vt s. ʃ. i. Con. inno. ber. et goff. A. Idē in ſum. e. ti. q. clxiij. B

Utrū priuilegium amitta tur p actum ↄtrariū

vel non vtendo ꝛ in quãto tpe. ℞.
Multi circa hoc dixerũt multa. Vn
de her. ex. de ↄ̃ſti. cũ acceſſiſſet. poſt
multas opiniones recitatas ↄclu
dit ſic. Meli⁹ videt̃ dicendũ ꝙ ſicut
ſunt diuerſa priuilegia ꝛ in diuer
ſis caſib⁹ ↄ̃ceſſa: ſic q̃libet priui
legiũ locum hẽat in ſuo caſu: ſicut in
preſcriptiõne in qua diuerſa tpa
requirunt̃: vide ſupra preſcriptio
A. Dic ꝙ priuilegiũ amittit̃ aliqñ
p actũ ↄtrarium: quo caſu ſi ſit ↄ̃
ceſſum in fauorẽ pſonaꝝ amittit̃
etiã p vnicũ actuꝫ: ex. de ↄſti. cũ ac
ceſſiſſent. vbi dr̃ de quibuſdaꝫ ca
nonicis quib⁹ fuerat ↄ̃ceſſum ne
tenerentur hẽre primiceriuꝫ. Qꝫ ſi
poſtmodũ primiceriũ elegerint:
non pñt ampli⁹ vti dcã ↄceſſione
Si vero ſit ↄceſſum in fauorẽ eccl̃ie:
puta ſi alicui religioni ſiue mona
ſterio ſit ↄceſſum ꝙ non teneatur
ſoluere decimas: tunc nõ amittit̃
priuilegiuꝫ niſi prelat⁹ tanto tpe
ↄtrariauerit ꝙ preſcẽptio ſit ↄple
ta ſaltẽ lapſu. xxx. annoꝝ: ex. de p̃
uile. ſi de terra ꝛ c. accedẽtib⁹ liꝫ al'
preſcriptio non currat ↄtra ecclãꝫ
niſi. xl. annis ꝙ cũ priuilegiũ cõ
ius cõe ↄcedatur: citi⁹ amittitur.
Nã de facili res ad nãm ei⁹ reuerti
tur ſcḋm hoſ. ꝛ in ſum. li. v. ti. xv. q. x
iiij. Item pditur p ↄtrariã ſñiam
p pſcripcõm. p renunciacõem. p
reuocationẽ ꝛ p abuſionẽ. xi. q. iij
priuilegiũ. Et de his plen⁹ notat̃
p hoſt. vtꝫ in ſum. dcã q. xiiij. ꝛ li.
ij. ti. v. q. dxiiij. B

Sed quid cũ aliq̃s allegat
ꝛ oñt priuilegiuꝫ: ſed
non ſeruat̃ ei. ℞. ſcḋm hoſt. Non dꝫ
iſti imputari. ff. cõmodati. l. ad e
os non obſtante ſi obijciat̃ ꝙ non
fuit vſus: vel ꝙ ↄtrariũ factũ eſt.
Quõ enim vtet̃ priuilegio q̃ vti nõ
permittitur: niſi forte ſi ſñia ferre
tur ↄtra eũ ꝛ nõ appellaret: ex. de
ſen. ꝛ re iudi. ſuborta. Sed ille qui
ſe opponit: puniendus ẽ: ext. eo.
dilecti. A. Idẽ in ſum. li. ij. ti. v. q.
dxv. B

Cũ priuilegiũ debet reuoca
ri. ℞. ſcḋm hoſ. Nõ decet ꝙ
reuocet̃ ſine cã: ſed cum cã põt ꝛ
debet reuocari: vtputa ſi aliquib⁹
religioſis ↄceſſum ſit priuilegiuꝫ
de nõ dandis decimis ꝓpter eorum
pauptatem: deinde ditati ſunt: ita
ꝙ etiã dando decimas pñt ↄmode
ſuſtentari: ꝛ nõ dando enormiter
ledunt̃ prochiales eccl̃e: dꝫ ceſſa
re priuilegiũ: ꝛ ſic intellige ext. de
deci. ſuggeſtũ ꝛ c. nup. Item ſi q̃s
nõ ſeruat priuilegia ſuperioris cõ
ceſſa ſubditis: etiã ipſius priuile
gium merito reuocat̃: ex. eo. dile
cti. Sꝫ nota hic ꝙ ſi ſuperior ex cer
ta ſciã ↄfirmauit priuilegiuꝫ cõceſ
ſum ab inferiori nõ poterit reuoca
ri poſtea p inferiorẽ. xxv. q. ij. pri
uilegia. v. ꝛ ij. ꝛ c. ſeq̃ntib⁹. Idẽ in
ſum. eo. ti. q. dxiiij. ſcḋm hoſ. q̃ ꝛ ad
dit. Ideo impator vel rex priuilegi
um ↄceſſum eccl̃e etiam p dñm pa
pam quẽ ↄſtat ſuperiorẽ eẽ omni
bus ex certa ſciã ↄfirmatũ non po
terit reuocare. B. De priuilegijs ex
emp. cõis ꝛ de ipſis exẽptis habes
plura ſupra exemptus

**PRobatio Per** que aliqua ꝓbantur. ℞
ſm ber. Sicut p teſtes ⁊ inſtrumē
ta ꝓbant̄ aliq̄: ita etiam ſcripturā
antiquoꝝ libroꝝ facit fidē: ex. eo.
cum cām: ex. de preſcrip. ad audi
entiā Item ſi reperiat̄ ſcriptura in
aliq̄ columna vel lapide: ei ſtatur
xxiiij. q. ij. ſane. ij. Sed ad hoc hoſ.
ſic addit. Caue tn̄ tibi: qꝛ nō om
nia talia faciunt plenā fidem: ſed
illa tm̄ que ſub fideli cuſtodia re
manent: cetera adminicula pſtāt
non ꝓbationē. A. Idem in ſū. ti. ij.
ti. v. q. dxxvij. vbi ⁊ addit̄ qꝙ decā
cuſtodia debet eē etiā publica ſm
eundem hoſ. B

**PRofeſſio. De** materia pfeſſionis q̄re ſu
pra nouici⁹ ⁊ I religio. iiij.

**PRomiſſio. q̄d** de illo qui aliq̄d ꝓmiſit: ⁊
poſtea nō facit. ℞ ſm tho. ij. ij. q
cx. Si ille qui ꝓmittit aliquid ha
bet animū faciendi quod ꝓmittit
non mentitur: qꝛ non loquit̄ con
tra illud qd gerit in mente. Si vo
non facit quod ꝓmiſit: tunc videt̄
infideliter agere p hoc qꝙ animum
mutat. Poteſt tn̄ excuſari ex duo
bus. Vno mō ſi ꝓmiſit illud qd ē
manifeſte illicitum: qꝛ ꝓmittendo
peccauit: mutando autē ꝓpoſitum
bene facit. A. Facit. xxij. q. iiij. in
malis. B. Alio modo ſi ſunt muta
te conditiones pſonaꝝ ⁊ negocioꝝ
Vt enim dicit ſeneca in li. de bene
ficijs ad hoc qꝙ homo teneatur fa
cere quod ꝓmiſit: requirit̄ qꝙ omi
a immutata pmaneant. Vnde ⁊ a
poſtolus non eſt mentitus nō im
plens qd ꝓmiſit cū nō iuit chorin
thū. ij. Chor. i. ⁊ hoc ꝓpter impedi
menta que ſuperuenerunt. Et nota
ſm ber. qꝙ ex nudo pacto ſiue pro
miſſione oritur actio: licꝫ ſm leges
ſit cōtra. Et qꝙ mortaliter peccat re
cedens a pacto nota hoc ex. de pa.
c. i. A. in gl. Et ad hoc facit qd no
tat tho. ij. ij. q. cx. ar. iiij. videlicꝫ qꝙ
omne mendaciū quod venit ↄtra
honorem dei vel damnū pximi: per
nicioſum dr̄ ⁊ mortale. B. In alter
natiuis ꝓmiſſionibus ⁊ debitis:
electio eſt debitoris ⁊ ſufficit alte
rum adimpleri: in inſtitu. de acti.
§. preterea: extra de re. iu. in alter
natiuis li. vi.

**PRudentia car** nis vtꝝ ſit peccatum. ℞
ſm tho. ij. ij. q. lv. Prudētia carnis
proprie dr̄ qn̄ aliquis bona carnis
habet vt vltimum finem vite ſue.
Hoc aūt manifeſtū eſt qꝙ eſt pec
catum: qꝛ p hoc deordinatur circa
finem vltimū qui non ↄſiſtit in bo
nis corpis: ſed anime. Vnde ad ro
ma. viij. Prudentia carnis inimica
eſt deo. Et ſiquidem prudentia car
nis accipiat̄ ſm abſolutā; prudē
tie rōnem. ita. ſ. qꝙ in cura carnis ↄ
ſtituatur vltimus finis toti⁹ vite:
ſic eſt peccatum mortale. A. qꝛ pru
dentia ꝓprie ē circa ea que ſunt ad
finem totius vite ſtudioſa inqui
ſitio: vt poteſt colligi p eun. tho.

⁊ in ſum. li. iij. ti. xxxiiij. q. ccxxxi.
vbi notantur oīa que in hoc c. ha
bentur. B. Si vero accipiatᷣ ſm rō
nem pticularis prudentie: ſic eſt
peccatū veniale. Contingit enī q̄n
qꝫ ꝙ aliquis inordinate afficiatur
ad aliqḋ delectabile carnis abſqꝫ
hoc ꝙ auertatur a deo per peccatū
mortale. Vnde non ↄſtituit finē
totius vite in delectacōe carnis. ⁊
ſic habere ſtudiū ad hanc delecta
tio aſſequendā: eſt pcīm veniale
Si vero aliquis curam carnis refe
rat in finē honeſtū: puta cum ali
quis ſtudet ↄmeſtioni ꝓpter corpo
ris ſuſtentacōem non vocatur pru
dentia carnis. qꝛ ſic vtitur hō cura
carnis vt ad finem ꝑducatur. No
tandū etiam ꝙ ſub prudentia car
nis ↄprehendit etiam prudētia hꝰ
ſeculi. qꝛ etiā exteriores res mūdi
appetimus ꝓpter carnem.

# PVbes. Requi
re ſupra impubes.

# PVblice honeſ
tatis iuſticia vide ſup̄ im
pedimentū. xiij.

# PVdicicia. Sic
poit tho. ij. ij. q. cl. i. nomē
pudicicie a pudore ſumitᷣ: in quo
verecundia ſignificatur. ⁊ ideo oꝫ
ꝙ pudicicia ꝓꝑe ſit circa illa de q̄
bus hoīes magis verecundantur.
Maxime autē verecundantᷣ de acti
bus venereis vt dicit aug. xiiij. de
ciui. dei Vnde neqꝫ actus ↄiugalis
verecūdia caret. ⁊ hoc ideo qꝛ mo
tus membrorū illorū imperio rōis
non ſubditur. Verecūdatur autē
hō non ſolū de illa mixtione vene
rea: ſed etiā de quibuſcūqꝫ ſignis
eius: vt dicit phs. ij. rethorice. Et
ideo pudicicia attenditᷣ circa vene
rea ⁊ precipue circa ſigna venere
orū: ſicut ſunt aſpectus impudici.
oſcula. tactus. Et qꝛ hec magis ſo
lent deprehendi: ideo pudicicia
magis reſpicit hmōi exteriora ſig
na. Caſtitas aūt magis reſpicit ip
ſam venereā ↄmixtionē. Interdū
tn̄ vnum ꝓ alio ponitᷣ.

# PVnitio Sine
culpa niſi ſubſit cā non ē
aliquis puniendꝰ: ex. de re. iu. ſine
culpa li. vi. De punicōe quā hꝫ fa
cere prelatus q̄re ſupra correctō ⁊.
Item ſupra diſciplina. Itē ſupra
pena ⁊. Item de punicōne an ſit di
mittenda ꝓpter ſcandalum vide ī
ſcandalū. §. vi.

# PVrgatō quid
eſt. ℞. ſm ray. Eſt de ob
iecto crimine innocentie oſ̄ſio. ſ.
p iuramentū vel alio debito modo
ſm goff. ⁊ hꝫ duas ſpecies. Vna
dī purgatio canonica. alia dī vul
garis. Canonica fit q̄nqꝫ p ſolū
iuramentū ipſius diffamati. q̄n
qꝫ etiam p iuramentum teſtiū cō
purgantiū. ſ. ⁊ iurantiū ꝙ credūt
illum verū iuraſſe ⁊ innoxium eſſe.
⁊ iſta purgatio approbatᷣ tanq̄m
bō. ij. q. v. fere p totum Vulgaris
vero purgatio eſt que a vulgo in
uenta eſt: vt ferri candentis. aque

fervientis: ſeu etiam frigide: duelli
a hmōdi. Hec in totū reprobata ē
tanq̄ a dyabolo inuenta. ij. q. v.
mennā ⁊ c. ↄſuluiſti ⁊ c. monoma
chiā. Et eſt cōtra illud deutro. vi.
math. iiij. ⁊ Lu. iiij. Non tempta
bis dnm deū tuum: vt in ca. mono
machiā in fi. ⁊ xxij. q. ij. q̄ritur. ⁊
de iſta materia habes ſupra duel
lum ꝟ penul. A. Idem in ſum. lib.
iij. ti. xxxi. q. v. ⁊ ij. ſm ray. ⁊ gloſ.
eius. B

Sed qñ eſt indicenda pur
gatio. ꝶ. Rñ quis eſt
publice infamatus de crimine ⁊ cō
uinci non poteſt: ſeu etiā nō accu
ſatur: ex. de pur. cano. nos inter a
lia. A. vel etiā ꝓpter aliā criminis
vehementē ſuſpitionē vt in ca. intē
ſolicitudines: ex. eo. de quo infra
ꝟ fina. B

Sed cū quot pſonis debꝫ fi
eri purgatio. ꝶ. ſcdm
ray. Numerus ↄpurgatorū taxa
bitur arbitrio boni iudicis. Rñq̄ꝫ
enim maior qñq̄ꝫ minor numerus
taxandus eſt ſm q̄ infamia vel cri
men ſunt maius vel minus graui
a. ij. q. v. preſb. ⁊ c. omnibꝰ in fi.
Vnde inno. indixit cuidā decano
purgationē cum. xiiij. ſui ordinis.
extra de purga. cano. inter ſolici
tudines ⁊ cuidam epō indixit pur
gationē cum duobus abbatibꝰ
tm: extra de purga. cano. cum in
iuuentute. Et ad hoc extra de accu
ſa. cum. p. A. Idem in ſum. eo. ti. q
viij. B.

Quales debēt eſſe com
purgatores. ꝶ.
Si poſſunt haberi aliqui eiuſdem
ordinis vel dignitatis haberi dñt:
extra de purgat. cano. inter ſolici
tudines. alˀs ſi haberi nō poſſunt
puta q̄ illi ſunt inimici cum alijs
inferioris ordinis vel etiam cū lay
cis poſſet quis ſe purgare. ij. q. v
ſi legitime: ⁊ c. omnibus in fi. ex
tra de purga. cano. cū in iuuentu
te: diſ. lxxxi. clerici. Debent tamen
eſſe viri catholici. A. ⁊ vita ꝓbati:
vt in ca. inter ſolicitudies. de quo
infra. B. ⁊ qui ↄuerſationem ⁊ vi
tam eius etiam tranſacto tempoē
nouerint. A. non ſolū in preſenti:
vt in tex. qui ſequitur. B. vt in dcō
c. inter ſolicitudines ⁊ ca. ſe. Quin
etiam cū mulieribus religioſis ⁊
honeſtis poſſet quis ſe purgare.
xviij. q. ij. in decima in fi. A. Idē in
dicta. q. viij. B

Corā quibus dꝫ fieri pur
gatio. ꝶ. Si aliq̄s ē
infamatus apud ꝓplum: debet ſe
purgare in publico. ſi apud clerū
coram clero. ſi in vtroq̄ꝫ caſu: corā
indice. xxiij. diſt. illud. xxij. q. v. de
crimine. A. Idem in dicta queſti.
viij. B

Que forma iuramēti in pur
gacōe. ꝶ. Forma talˀ
erit. Ego. N. iuro q̄ nō feci tale q̄d
ꝑ me: nec mandaui: nec ↄſilium:
nec fauorem: nec auctēm dedi. di.
l. ſi quis viduā. ij. q. v. auditū: ex.
de pur. ca. quotiēs ⁊ c. fi. Pōt eti
am addi. Nec ratū habui q̄ meo
noīe factū fuerit: ex. de teſti. ſpo. cū
ab ſede. ff. de vi ⁊ vi ar. l. iij. ꝟ eaꝫ ꝑ
cū. A. Quidā etiā addūt. Nec ſciui

vel ſi ſciui ꝓbibere nõ potui: vt in dicta. q. viij. vbi notant̃ oĩa que in iſto. §. hñtur. B. Cõpurgatores vero iurabunt ſic. Iuro ſiue iuram⁹ ꝙ credim⁹ veꝝ eſſe illud qđ ipſe iurauit: ex. eo. quotiens. Vel breui⁹ ſm gof. Infamat⁹ iurabit ſe imunẽ a crimine de quo infamat̃. A. Hec forma expreſſe reprobat̃: ex. eo. c. fi. ideo prima melior eſt. B. ⁊ ꝯpurgatores iurabũt ſe credere illum veꝝ iuraſſe

## Quid

ſi infamatus defecerit in purgacõe. R. Punit̃ tanꝗ̃ ꝯuictus ex. de accu. cũ. p. ⁊ ex. de ſimo. de hoc. ⁊ c. inſinuatũ. Si vero purgacõem rite fecerit: iudex ſine mora ⁊ difficultate dꝫ ſuſpenſionẽ ſi forte facta fuerit relaxarẽ ⁊ eũ ab infamia criminis abſoluere. A ⁊ eũ boni teſtimonij annunciare: vt in c. qđ ſequit̃. B ex. de pur. ca. ex tuaꝝ

## Quid

ſi purgatio nõ fuit rite facta. R. Si nõ fuit facta corã ſuo iudice: vel etiã corã eo: ſꝫ fuit facta purgatio vulgaris etiã ſi infamat⁹ abſolutus fuerit: nihilominꝰ tenebit̃ iteꝝ canonice ſe purgaẽ: ex. de pur. ca. ex tuaꝝ ⁊ c. cũ dilectis. A. Itẽ in dcã q. viij. ſm ray. B

## Vtꝝ

purgatio ſp̃ ſit recipienda qñ infamat⁹ offert eam. R. ſm raynũ. duo caſus ſunt in quibꝰ non dꝫ recipi Vnus eſt qñ crimen eſt notoriũ. Alter ẽ qñ eſt accuſator ⁊ offert ꝓbacõm ex. de pur. ca. c. ij. ⁊ c. cũ dilectis. A. Hoc fuit dictũ ray. vtꝫ in dcã q. viij. ꝑ dictũ c. cũ dilectis: ſiue c. ij. qđ ad hoc nihil facere videt̃. B

## Vtꝝ

iudex poſſit indicẽ purgationẽ ei quem ſuſpectum habet ipſe tñ. R. Non: niſi forte accuſatus fuerit ⁊ remaneat ſuſpectus ſuo epõ: aut ſacerdotib⁹ aut honeſtis viris. ij. q. v. oĩbus A. ſ. qñ ex ipſo ꝓceſſu licet de lictũ non ſit plene ꝓbatũ tñ accuſatus remanet ſuſpectus etiam ſoli iudici: vt pꝫ in ſum. eo. ti. q. ix. vbi hec notantur ſm ray. Et facit ex. eo. inter ſolicitudines. B

# Purgatoriũ

Ignis purgatorij: etiã ſi eternꝰ non ſit: miro tñ mõ grauis eſt. Excellit eñ omnẽ penã quam aliquis vnꝗ̃ paſſus ẽ in hac vita Nunꝗ̃ in carne tanta pena inuẽta eſt: licet mirabilia martirẽs paſſi ſunt tormenta: ⁊ multi nequiter quanta ſepe ſuſtinuerũt ſupplicia Hec de pe. di. vij. c. fi. A Potius videtur. §. penul. B. Et quaſi eadẽ. xxv. diſ. qualis in fi. A. ꝯiuncto capitulo in aliud. B

## Que

crimina pũrgant̃ in purgatorio. R. Nõ capitalia ſed minuta. xxv. di. §. alca: ⁊ c. qualis hinc. Itẽm illa peccata de quibus non fit ſufficiens penitentia vt ſupra. i. §. vij. ⁊ penitentia. ij. §. iiij. A. Clari⁹ in purgatorio purgant̃ pcc̃ã de ſui nã venialia: vel q̃ ſunt facta venialia per pñiam verã: ſi de eis nõ ẽ plene ſatiſfactũ de pe. di. vij. §. fi. B.

CVtrũ exiſtẽtes in purgatorio
poſſint iuuari ab exiſtẽ
tibus in hoc ſeculo. ☧ ſm pe. ſicut
patz. ij. mach. xij. Sctã ⁊ ſalubris
eſt cogitatio ꝑ defunctis exorare:
vt a peccatis ſoluant̃. Nam ⁊ apo
ſtolus. i. Chor. xij. loquitur de cor
pore miſtico ad ſimilitudinem cor
poris humani. A Corpus miſticũ
dicitur eccleſia. Ro. xij. ibi. Multi
vnum corp⁹ ſumus. B. In corpore ve
ro humano natura per vnum mẽ
brum ſupplet indulgentiã alteri⁹
Ergo cũ gratia ſit potentior ꝙ̃ na
tura: in corpore miſtico vnum mẽ
brum põt ſupplere indigentiam al
terius Et hinc eſt ꝙ ſuffragia mẽ
brorum eccleſie poſſunt prodeſſe
membris indigentib⁹ Quia vero
ꝑ mortem non deſinũt eſſe mẽbra
eiuſdem corporis ſuffragia viuorũ
poſſunt ꝓdeſſe etiã defunctis Vn
de auguſ. Non eſt negandũ ſpem
defunctorũ pietate ſuorum viuen
tium poſſe releuari. Con. tho. in. ii
ij. di. xlv. A. Idem in ſum. li. iiij. ti.
xxxiij. q. dxiij. B. Et de hac materia
vide ĩ ſuffragiũ

# PVrificatio p⁹

partũ. Vtrũ ꝓpter partum
debeant mulieres abſtinere ab in
greſſu eccleſie. ☧. Si intrare volũt
eccleſiam ad agendum gratias:
non peccant: nec ſunt prohibende Si
tñ ex veneratiõe volũt aliquantulũ
abſtinere: deuotio earũ non eſt im
probanda: ex. eo. ca. vno

CVtrũ vir cognoſcens vxo
rem ante purificatõ
nem poſt partum peccet mortaliter
☧ ſm wil. Non credo: licet videat̃
contra. v. di. ad eius. xxxiij. q. iiij. ſi
cauſa. xxxij. q. iiij. origo: ⁊ q. vij.
nõ ſolũ. Quia illa cap̃la loquũt̃ de
honeſtate ⁊ conſilio. Sed qui vxo
ri debitum reddit his temporib⁹:
non peccat: ſed tamen de honeſta
te ⁊ ↄſilio non debet reddere: niſi ti
meatur fornicatio: ſicut notatur
dicto c. ad eius. A. in glo. que dicit
ꝙ ideo his temporibus prohibetur
vſus matrimonialis: quia ex tali co
itu naſcunt̃ filij morboſi ⁊ leproſi.
Itẽ dicit ꝙ ſimil̃r petit a viro debi
tum tpe menſtrui vel purificatio
nis non dꝫ reddere niſi timeatur de
fornicatione. Et ſic innuit ꝙ dictũ
auguſ. non ſit de ↄſilio: ſed de debi
to. Puto ꝙ põt diſtingui inter ex
actum ⁊ exigentem: ſm ꝙ predi
ctum eſt de tpe ſolemnitatũ ⁊ ieiu
niorũ: ſupra debitũ ↄiugale. ☧. vi.
cũ additionib⁹. B

# PVſillanimitas

vtrum ſit peccatũ. ☧ ſm
tho. ij. ij. q. cxxxiij. Sicut ꝑ preſum
ptionẽ aliquis excedit ꝓportionẽ
ſue potentie dum nititur ad maio
ra ꝙ̃ poſſit: ita ⁊ puſillanimus defi
cit a ꝓportione ſue potentie: dũ re
cuſat in illud tendere quod eſt ſue
potentie ↄmenſuratum. Et ideo ſicut
preſumptio eſt peccatũ: ita ⁊ pu
ſillanimitas que eſt contra natura
lem ordinem quo vnaqueqꝫ res na
turaliter inclinatur ad exequendã
actionem commenſuratã ſue po
tẽtie. Inde eſt ꝙ ſeru⁹ qui accepta

pecuniã dñi ſui fodit in terrã: neqꝫ
opatus eſt ex ea ꝓpter quendam
puſillanimitatis timorē punit a dño:
vt hētur math. xxv. ⁊ Lu. xix. De
preſumpcōe hētur ſ. preſumptio

Quarta mul
tiplex eſt. ſ. falcidia
trebellianica ⁊ legiti
ma ſiue debita filijs
iure nãe que eſt redacta ad terciã
De his tribus hētur ſupra legitia
§. i. Eſt ⁊ q̃rta de funeralibus quã
debent predicatores: ⁊ minores de
ſepulturis apud eos: vt infra ſe
pultura. iij. §. i.

Queſtuarij. que
ſtores qui diſcurrunt pro
elemoſinis ꝓhibent admitti: niſi
exhibeãt veras lrãs apoſtolicas
vel dyoceſani. A. Littere aũt apo
ſtolice acceptari non dñt: priuſqꝫ
fuerint per dyoceſanũ diligenter
examinate: vt in cle. abuſionibus
ex. de pe. ⁊ re. B. ⁊ nihil ꝓponãt ni
ſi qd in litteris ↄtinetur. Et ponit
forma litterarum extra de pe. ⁊ re. cũ
ex eo. B

¶ Queſtuarij tales dñt
eſſe mode
ſti ⁊ diſcreti ⁊ ne ĩ tabernis aut ali
js incongruis locis hoſpitent: nec
faciant incongruas expenſas nec
aſſumant hitum falſe religionis:
ex. de pe. ⁊ re. cũ ex eo.

¶ Ad queſtuarios nullatenus ꝑ
tinet predicare: ſed tantũ
caritatiua ſubſidia petere ⁊ indul
gentiã ſi quã hñt exponere: ex. de

hereti. vt officium: li. vi. ⁊ in cle.
abuſionibꝯ de peni. Etſi p eos impe
diretur officium inquiſitorum pũtati
debent ab ipſis ↄpeſci ⁊ remoueri
a predicacōe vt in dcō c. vt officiũ

¶ Queſtores non debent
cõcedere in
dulgentias motu ſuo de facto: nec
diſpenſare ſup votis: nec abſolue
re a periurijs. homicidijs ⁊ alijs
peccatis ↄfitentes ſibi. A. Et ſic vi
detur eis penitus interdictũ offici
um audiendarum ↄfeſſionũ Sed for
te hoc intelligit de grauioribꝫ ⁊ re
ſeruatis: ſicut pꝫ in exemplis poſi
tis: ⁊ p rõnem dicte cle. abuſioni
bus. ſ. ne auctas clauium veniat in
cõtemptũ. B. Nec male ablata in
certa data ſibi aliq̃ pecu̾ie q̃ntita
te remittere Nec terciã aut q̃rtam
ptem ⁊ hmõi de iniunctis peniten
tijs relaxare. Nec a iam vt menda
citer aſſerũt de purgatorio trahe
re. Nec plenã pctõrum remiſſionẽ
idulgere Nec a pena ⁊ a culpa ab
ſoluere. ⁊ oĩa priuilegia ſup pre
dcĩs vel aliquo predictorum reuoca
ta ſũt vt in cle. abuſionibꝯ de pe.

Raptor. i.
ſ. q̃n p violentiã
quis rapit res ali
enas. Cuiꝯ pena
eſt ſm leges qꝫ ſi
agatur infra annum ciuiliter: pu
nitur in quadruplum cõputata. ſ.
ipſa re. Poſt annũ vero i ſimplũ
ff. de bo. rap. l. i. ⁊ ij. ⁊ ad iſtã penã
raptor quidem tenet ſolũ poſtqꝫ